



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 14. Guido Pareus Archiepiscopus Remensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. Religiosos ex omni Ordine, virtutibus,  
A.C. 1205. scientia & zelo eximios, qui novellam  
 Imperii sui Ecclesiam Latinam confirmarent.  
 8. ep. 71. *ibid.*

*ep. 72. ibid.*

*ep. 64.*

Hinc Pontifex, datis literis, cunctos Franciæ Præfules hortatus est; pio  
 hujus Principis desiderio satisfacerent, atque addit: *Mittite etiam in illam Regionem libros, quorum majorem, quam opus est, copiam vobis esse scimus, aut saltem licentiam eos describendi date, ut Ecclesia Orientalis cum Occidentali in celebrandis divinis laudibus concordet.* Hæc Epistola vigesima quinta Maji data est. In eadem causa Pontifex ad Doctores & Tyrones Parisienses dedit literas, in quibus excitat; in Græciam migrant, & literarum studia inventant, quod Balduinus Imperator ardentius exoptaret. Tandem ad præstandum novello Imperio præsidium Latinis Clericis Laicisque, tunc in Romania agentibus, præcepit, ut saltem anno ibi manerent, nisi res Terræ sanctæ aliud postularent.

#### §. XIV.

##### *Guido Pareus Archiepiscopus Remensis.*

*Sup. Lib.*  
*LXXV.*  
*I. 42.*

Archiepiscopus Remensis, cui Papa tunc scripsit, erat Guido Pareus, ante ipsum in Germania Legatus, quem anno supe-

superiore in amplissimam Sedem, post- Sæcul. XIII.  
quam ea duobus annis vacasset, evexe- A.C. 1205.  
rat. Postquam enim Innocentius utram-  
que electionem Theobaldi Archidiaco-  
ni Perchiæ, & Balduini Præpositi ad e-  
xamen vocasset, utramque nullam de-  
claravit. Ne vero Canonici maximo  
Ecclesiæ Remensis damno iterum jure  
suo abuterentur, Archiepiscopum eis de-  
dit Cardinalem Guidonem, Episcopum  
Prænestinum, gente Francum, olim Ab-  
batem Cisterciensem, si modo consenti-  
ret; nam eum Papa ad recipiendam Di-  
gnitatem cogere solebat. Ceterum  
Innocentius mandatarios, qui iussa exe-  
querentur, constituit Archiepiscopum  
Senonensem, atque Abbates Claræval-  
lensem & S. Victoris Parisiis, quod co-  
gnoscimus ex Bulla Romæ die sexta Ju-  
lii anno ejus Pontificatus septimo Verbi  
incarnati millesimo ducentesimo quarto  
data. Guido, munere quod offereba-  
tur recepto, possessionem Archiepisco-  
patus Remensis eodem anno die octava  
Septembbris adiit. Ac primo Pontifica- Marlot. 3.  
tus ejus mense, cum non nulli Brennæ,  
ipso Guidone & Roberto, urbis hujus  
Comite, præsentibus, de Fide Christia-  
na examinati, & Hæresis convicti fui-  
sent, post paucos exinde dies extra mœ-  
nia civitatis igni traditi sunt. Ex eo-  
rum numero erat Nicolaus, pictor in  
tota

Sæcul. XIII. tota late Francia celeberrimus. Guido  
A.C. 1205. vero Archiepiscopus Ecclesiam Remen-  
 sem ultra biennium non rexit, Ganda-  
 vi, ubi Legati Sacræ Sedis Officium ob-  
 ibat, die trigesima Julii anno millesimo  
 ducentesimo sexto fatis functus.

## §. XV.

*Benedictus Legatus in Romania.*

*Gest. n. 100.* Quamquam Petrus Capuanus Legatus  
 anno millesimo ducentesimo quin-  
 to adhuc Constantinopoli versabatur, ni-  
 hilominus Papa Benedictum Presbyte-  
 rum Cardinalem titulo S. Susannæ, cum  
 potestate S. Sedis Legati per totam Ro-  
 maniam, illuc misit, tum quod Petrum  
 Capuanum Terram sanctam repetere  
 jussurus esset, tum quod crederet, ma-  
 jorem novi supervenientis Legati rever-  
 rentiam futuram; nec ea conjectura Pa-  
 pam fecellit. Benedictum igitur Inno-  
 centius Balduino Imperatori aliisque Ro-  
 maniæ Præfulibus commendavit, datis  
 litetis, in quibus dicebat; translato Im-  
 perio sacerdotium transferri necessa-  
 rium esse. Verum non dispicimus, quo  
 fundamento nitatur hæc Regula. Nam  
 dicit quidem S. Paulus; *Translato enim  
 sacerdotio, necesse est, ut & Legis trans-  
 latio fiat.* At Sacerdotio Novæ Legis  
 & Reipublicæ nihil commune est. Tum  
 subdit Papa; cum ipse profici si non pos-  
 sit,

*8.ep. 56. 57.  
 ap. Rain.  
 1205.*

*Hebr. 7. 12.*